digito materie per inspissacionem urine si
tenuis processit et per signa que dicta sunt in
tractatu febrium. Plus ergo est in digerenda
si fuit indigesta per diligentiam sive diuer(sa)
pocula detur medicina. Si non sano dicere volumus
medicina solutiva vel laxativa debes considerare
humore humiditatem et patientis virtutem et
secundum hoc dare medicinam purgantem illud vel illum
humorem. Sicut enim diversi humores sunt in
corpore ita diverse sunt medicine que illos ha-
bent purgare. Si autem medicina que da-
tur non purgat humorem qui est in ea magis mole-
stabit paciens. Unde ypo(cras). Si qualia oportet
purgari purgentur bene fiunt et e contrario.

Hys signis poteris cognoscere quis
humor sit purgandus vel humiditatem in corpore
Si quis macilentus sit vel albus vel car-
nosus et habeat os salsum cum amaritudine
et sputum et saliva sit cum salso sapore salsum
fleuma habundare scias et purgatione indiget.
Si vero oris pacia dulcedine cum ple-
nitudine venarum maxime faciei et
sputum est dulce vel sanguis ab stomacho
vel vomitum sine vomitu pacia et urina
aliquantulum fuit unctuosa et ruffa et
spissa dulce fleuma habundare scias. Si vero ace-
tositatem in ore sentit et appetitus vigeat
et non siciat et sputum et omne quod ore emittit
est acetositas videat acetosum fleuma dominari
et oportet purget. Ergo cum purgantibus fleuma
acetosum. Si vero fuit os insipidum et sputum
et omne in ore receptum nullius saporis
sentiat et appetitus et sitis deficiat signi-
ficat quod fleuma naturale habundat quod debet purgari.
Item si amaritudo sit in ore et sputo et omnes sa-
pores eciam si sit mel sine saporis sal-
sedine et urina fuerit tenuis et citrina sub-
rubea, calorem rubeum dominum declarat. Item
si abhominatio fuit cum vomitu vel sine
vomitu et amaritudo oris et urina citrina
vel subcitrina non multum tenuis colera
infecta significat. Talia signa habentes item si
minus fuerit tenuis et rubea et amaritudo
fuit minor signum est colere vitelline. Si vero
magis tenuis et rubea fuit et oris ama-
ritudo maior signum est colere citrine que debet purgari
cum competentibus medicinis. Si vero pigricia
fuit magis solito et augeatur appetitus
et moriatur sitis et gravitas membrorum fiat
signum est quod melancolia possit purgari. Item si
vene plene fuerint maxime faciei, pul-
sus plenus, humidus spatulosus, oris dul-

cedo gingiue sanguinolente, labia ulcerata
preter solitum urina spissa et colorata sanguis
dominatur quem per flebotomiam aptam vel per ventosa
minui debet. Si ventosa non possit minui
propter tempus repugnancia et e contrario.

Simplex fleuma purgatur bibita katartico im-
periali katartico et decoctione polipodii et
agarico et similibus. Salsum fleuma purgatur per
yera theodoricon amarum et theodoricon cum
pistone. Dulce fleuma theodoricon amarum yera
pigra yera logodion. Nitrosum fleuma yera
fortissima yera logodion euphorbio. Colera
nigra vel intensa purgatur alterius seruacene
cum decoctione cassia fistula tamarindi manne
et similibus. Sola infecta cum yera theodoricon ama-
rum. Copia cum yera fortissima yera logodio
decoctione sene epithimi et similibus. Item si corporis
humor fuerit medicina composita da simplicem
enim simplex sunt nocet quia unum humorem purgat
et non alium. Item si cum dantur trionario medicina
colera purgat eam nocet quia fleuma admixtum est ei
quam non purgat. Sanguis minuitur per flebotomiam
aptam ut dictum est et per ventosas. Item capiti
est in ea cephalica aperiatur. Item stomachus vel epar
epatica. Item pulmo vel thorax mediana.
Item matrix vel renes aut vesica vena
talus. Quod si non est tempus aperiendi vena apo-
natur ventosa sive fiant scarificaciones secundum
quod locus et humor requirunt et tempus et e contrario.

Postquam medicina cessavit signum est quod
amplius non durat et nullus dolor in
stomacho vel corpore sentitur vel ventrem. Det
ius galline vel pisorum vel amigdalorum secundum
quod tempus exigit. Item dat autem hoc ut stomachum
et intestina mundificet. Si quid de medicina
remansit in eis post ieiunium per horam quatuor
det membra galline pastum cum cimino vel
dentur pisces vel amigdale sicut tempus exigit.
Det vinum aquaticum et non multum et non
bibat vel manducet gulose ne se sequatur
effimera. Item non dicere eat ad balneum et
caveat sibi a frigore. Caveat a labore
pluribus diebus et vitet cibos bonos humores

Considerandum est in generantibus
purgacionibus diversitas temporum humorum
regionis prout sit purgacio. Diversitas
dupliciter temporum scilicet secundum tempora anni et secundum tempora
diei et horas in quibus humores sunt dominati
secundum vero tempora anni monstrata est purgacio
auctoritate ypocratis dicentis: Estate vero per
superiora hyeme vero per inferiora consideranda
est habitudine etate et membro habitudine

quia (hinc strictos meatus p(er) supi(us) no(n) purgan(tur)
s(ed) p(er) vomitu(m) humores n(on) sequu(n)t(ur) t(em)p(or)ibus affinitate
quada(m) i(n) estate purgam(us) per vomitu(m) i(n) yeme
p(er) inferiora humores n(on) seq(ui)t(ur) t(em)p(or)u(m) p(ro)prietates
estate quia senes p(ro)pter frigiditate(m) no(n) purgan(tur)
supi(us) morbo quia patiu(n)t(ur) supi(us) sp(iritu)
i(n) sp(irit)ualibus no(n) euacuan(tur) per vomitu(m) p(ro)pter
timore(m) suffocatio(n)is. In estate mane supi(us)
in hyeme v(er)o inferi(us) s(er)o. Secundu(m) aut(em) p(ar)tes
diei et noctis vnusquisq(ue) humor dnatur sex
horis. Sanguis eni(m) dnat(ur) a nona hora noctis
usq(ue) ad t(er)cia(m) diei. Colera dnat(ur) a t(er)cia hora
diei usq(ue) ad nona(m). Melia(n)colia dnat(ur) a nona
diei usq(ue) ad t(er)cia(m) noctis. Flegma a t(er)cia noctis
usq(ue) ad nona(m) noctis. Ergo si fuit estas et
volu(er)i(mus) colera(m) purgar(e) per vomitu(m) debes dar(e)
medicina(m) circa a(n)te t(er)cia(m) hora(m) diei p(ri)m(um) ut
cu(m) faciat mora(m) i(n) sto(mac)o i(n) horis colere op(er)et(ur) et
purget(ur) co(lera) eisd(em) horis medicina(m) dab(is) si
volu(er)is ea(m) per inferiora purgar(e). Si no(n) vo
lu(er)is m(e)l(ancoli)a(m) purgare dabim(us) medicina(m)
ante nona(m) ut i(n) horis m(e)l(ancoli)e op(er)et(ur) me(dici)na
(et) ea(m) educat. Q(ua)n(do) volu(er)i(mus) purgar(e) fle(gma) dor
miat p(ar)tes horas noctis v(e)l quatuor i(n)t(er)
ante media(m) nocte(m) det(ur) me(dici)na. Si v(er)o
volu(er)is purgar(e) sangui(ne)m i(n) mane minuas
sangui(ne)m nisi senex fuit v(e)l co(n)suetudo
v(e)l aliud repugnet. (Et) si i(n) aliis horis
purgam(us) humores quo(r)u(m) magis nocet
q(uia) co(n)curat q(uia) humor q(ui) tu(n)c do(m)i(n)iu(m)
obtinet (et) mouet(ur) (com)pellit(ur) no(n) humor q(ui) est
purgandus (et)c(etera). Sequit(ur) (et)c(etera).

De regione loci ubi accipienda est medicina

Humor(um) di(ver)sitas co(n)siderandi est quia si
habundauit sanguis stomac(us) (et) colera
p(ro)uenit. purgam(us) nisi sit cu(m) sangui(ne) i(n) v(e)nis
(et) c(etera) purgat(ur) (per) flo(bo)to(m)ia (et) nisi fuit i(n) intestinis
inferiorib(us) si fle(gma) fuit v(e)l iliaca purgam(us)
inferi(us) nisi fuit (con)t(r)a os sto(mac)i v(e)l (con)t(r)a superiores
p(ar)tes. Siue (con)c(er)ne(n)d(um) e(st) t(em)p(or)ibus i(n) his o(mn)ibus quia
p(ro)p(ri)e (con)t(r)a ip(su)m medendu(m) est. Di(ver)sitas re
gionu(m) p(er) q(u)as euacua(n)t(ur) humor co(n)sid(er)at(ur)
ut inferior (et) superior. Superior per nares
per palatu(m) p(er) uenas (et)c(etera). Inferior p(er) anu(m)
per v(ir)ga(m) p(er) matrice(m) (et)c(etera). Locus i(n) quo
d(e)b(e)t dari medicina co(n)siderandus est an sit ni
mis calidus ut i(n) estate calore solis aut
nimiu(m) frigidus frigidi(tat)e hyemis v(e)l regio(nis).
Si v(er)o fuit nimis calidus temp(er)e(tur) cu(m) in
fusione aque fre(sce) (et) appositione iuxta salicis
(et) violaru(m) (et) simili(um) (et)c(etera). Si fuit nimis fri
gidus faciamus focu(m) igne(m) sine fumo
sc(ilicet) de carbonib(us) (et) pa(tien)s sit indut(us)
plibus (et) calciat(us) (et) sella sit iuxta igne(m)
pan(n)is v(e)l aliis circu(m)data ne frigidus aer possit
subintrare p(er) inferiora s(ecundu)m al(bertu)m et lodewic(us)

Me(dici)nas quoq(ue) i(n) so(m)pn(is) quasi i(n) vigi
liis dam(us) liquidas medicinas (et) leues
ut stomatica maxime q(ua)n(do) p(ar)tes vici
nas sto(mac)o (et) leues humores purgare volum(us).
Cu(m) eni(m) liquida me(dici)na cito dissolua(tur) cito
op(er)at(ur). Si ergo dormiet cu(m) calor nat(ur)alis tu(n)c
intendat(ur) amittet me(dici)na vim sua(m) v(e)l i(n) su
(dore) v(e)l i(n) sudore soluet(ur) (et) sic cu(m) parum
ab inf(er)ius sic cu(m) liquidi (et) leues humores
cito (et) facile dissoluat(ur) cito (et) facile venit
ad vias oppulsionis. Si ergo dormirent
posset co(n)tinge(re) q(uod) me(dici)na no(n) debilitaret(ur)
s(ed) i(n) t(ame)n resolueret humores (et) accideret q(uod) fieret
magna dissolucio humor(um) (et) remanentes
putrescunt (et) faciunt morbos pessimos.
In so(m)pnis v(er)o dam(us) medicinas duras
ut pillulas (et) fortes maxi(m)e cu(m) duros
(et) viscidos humores i(n) p(ar)tibus remotis pur
gare volu(er)im(us). Cu(m) eni(m) pille v(e)l me(dici)na
alt(er)a dura sit forte op(er)tet(ur) cal(or) ut dissol
uat(ur) (et) de p(ro)p(r)io ad actu(m) reducat. Si du(m)
so(m)pnus sequit(ur) calor auget(ur) (et) dissol
uit pillas (et) sic cu(m) humores duri sint et
co(m)pacti (et) remoti i(n) so(m)pnis vis me(dici)ne
melius trahit ad exteriores p(ar)tes q(uam) i(n) vi
giliis. Si dent(ur) pille i(n) sero (et) sup(er) dormiat
(et)c(etera) postq(uam) ceperit ducere no(n) dormiat
post(ea) aut(em) fieri de qualibet me(dici)na (et)c(etera).

Contingit sepius ubi nos (con)tra dare me(dici)na(m)
cu(m) t(ame)n subito valeam(us) cog(no)sc(er)e q(uo)mo(do)
habeam(us) q(uod) aliqua me(dici)na q(ua)m an dam(us) et
via p(re)param(us) (et) ut(rum) i(n) f(a)c(i)l(e) sit ad dissoluend(um)
an d(ifficile) cognosci(mus). Videtur q(uod) aliud
q(uod) leuit(er) dissoluat sic b(e)n(e)dicta stomatico
laxatiu(m) imp(er)iale v(e)l dem(us) aliquas
leues pillas v(e)l decoctio(n)em polipodii ut (con)t(r)a
veru(m) q(uod) fit de polipodio agarico (com)modu(m)
te(rat) (et) te(m)pera(tu)m i(n) vino (et) addito melle dispu
mato p(ro)uenit rep(er)it(ur) (et) da v(e)l ei (con)ficias de
polipodio v(e)l epula cu(m) pauco (cin)namomo
h(oc) fle(gma) b(e)n(e) purgat (et) salu(ti)s v(e)l accipe her
bas solubiles sic maluas bleta atripli
ces (et) coctas cu(m) pinguedine p(ri)ma q(uia)
si p(er) aliq(ui)d istor(um) solua(n)t(ur) s(ecundu)m q(uan)titat(em) solu
tionis possum(us) cog(no)sc(er)e ut(rum) violenta
v(e)l leui indigeat purgac(i)o(n)e (et) s(ecundu)m h(oc)
det(ur) leuis v(e)l violenta medicina (et)c(etera).

Sunt v(er)o multi delicati qui medicinam
suscipere no(n) p(ossu)nt p(ro)pt(er) me(dicin)e nigredinem
v(e)l p(ro)pter eius amaritu(dine)m q(ui)bus dam(us)
claretu(m) laxatiuu(m) q(uod) fit vini lib(ras) x polipodii

Nota nunc medicina est dada in so(m)pnis et vigiliis

Si du(m) sit ad p(ro)p(r)iu(m) d(icitu)r q(ua)n(do) purgat

De delicatis medicinam sepe recipientibus

mellis dissp(u)mati an(a) lib ij agarici ij ci
namomi garioff(ilorum) spice 3 3 galangae an(a) 3
j piperis 3 ß co(n)fice sic. (P)hyl(osophi) c(on)icu(n)t vinu(m) z pol(i)
podiu(m) tritu(m) b(e)n(e) t aque adtritu(m) p(ost) cola p(er)
z pulueris a(d)a(m) sp(eci)er(um) i colatura illa disten
pera z pone i sacculo z fac pigmentu(m)
i claretu(m) colando sepe do(ne)c fiat clarum
z da s(e)c(un)d(u)m vires vini c(on)ic(i)endo postea po
test aqua fieri z si volu(er)is stringe si for
titer ducat. da aqua caliam h(ec) suaue e(st)
omnibus co(n)ueniens. (I)tem accipias sp(eci)es
si(mplices) q(u)atit(er) h(umor)es q(uo)s purgandi sunt
z fac inde s(ecundu)m et da. sufficit aut(em) h(ec) mo(do)
tere sp(eci)es i aqua pone eas i sacculo vel
p(er) sacculo p(ro)icia cola z addita zuc(aro) fac
s(ecundu)m s(ecundu)m z dat. (A)liter fit h(oc) mo(do) (E)s sp(eci)es
z puluiza z pone i(n) aqua z distopatu(m)
mitte p(er) cola i vas z supposito alio vase
vitreo fac sic aqua rosacea facimus
z appone p(er)a(m) z uc(arum)e s(ecundu)m amarum sic
dabis. (S)z nota q(uod) magis ponend(um) est
de sp(eci)ebus ad faciend(um) aqua(m) talem lagza
tiua q(uod) aliter q(uia) i aqua aliquantulu(m)
vim amittit. (I)tem accip(e) ellebor(i) al(bi)
z coque i aqua cu(m) frumento z illud fru
mentu(m) comedat gallina p(er) septe(m) dies
tunc occida(tur) coquat(ur) z detur ad come
dendu(m) carno z ius ad bibendu(m) sitis z
sic melius ducet z laxabit. z(e)t(era)

(D)iuersitas aute(m) etatu(m) co(n)sid(e)randa est
i farmacia(m) i(n) via aliter sonib(us) alit(er)
iuuenib(us) aliter pueris dam(us). (S)enib(us)
e(ni)m z pueris dam(us) dissolutiua(m) me(dici)nas
nisi necessitas extre(m)itatis cogat. nec
dam(us) fortes medicinas. si leues. tu(m)
e(nim) corpora senu(m) sunt debilia z disso
lutiua. (S)i dam(us) fortes medicinas
z dissolutiuas magis dissoluent(ur) ac
debilitabu(n)t(ur). (A)lit(er) neq(ue) pueris q(uia) cu(m)
h(um)iditas puerorum multa z leuis sit si
daret(ur) dissolutiua z fortis me(dici)na cito
mouerent(ur) h(umor)es vn(de) sequer(e)tur
spasimus. (S)z sunt queda(m) dissolutiua
facilia que dam(us) sic romb(arb) mira
bolanos. cos t(ame)n timem(us) quia depurat
nimis. (I)tem neq(ue) senes neq(ue) pueros
p(ur)gamus estate p(ro)pt(er) resolu(ti)o(n)em h(umor)um q(ue)
fit co(n)tinuo calore ne co(n)tinua me
dicina (con)sequa(tur) h(umor)um resolucio q(uia) si ne
cessitas viget pet(er)e locus ut expedit
(N)ullenes z repletiua z dissolutiua z
i omi t(em)p(or)e purgari poss(unt) s(ecundu)m me(dici)na s(ecundu)m s(ecundu)m
co(n)suet(udine) indigentia z m(ateri)e z h(umor)um p(ro)p(ri)etates

magis tu(m) co(n)ti(n)g(it) de me(dici)na q(uod) senes ul pueri
p(ro)pter fortitudine(m) virtutis corp(oris) magis dada
est iuuenib(us) qua(m) senibus z(e)t(era). Seq(ui)t(ur)

(D)iuersitas q(uo)q(ue) (com)plexionis co(n)sid(e)randa est i farmacia
i qua plus dam(us) de farmacia flaticis
q(uam) colericis. quia maiore(m) h(ab)e(n)t h(um)idi(ta)tem
viscositas fortiore(m) qu(am) flaticis. q(uia) duior flate
viscositas. (S)i ergo colericis dat(ur) scamo(nie) i pond(ere)
vnius d(enarii) flaticis i pond(ere) ij viscositas i pond(ere)
iij. (C)olici quid p(ri)mu(m) de scamo(nie) d(e)b(e)nt accipe
(N)am si multu(m) accipe(re)nt tu(m) calidiores z sicciores
sunt aliis scamonica magis eos calefaceret
z potius p(ro)pria h(um)idi(ta)tem co(n)sumeret qu(am) h(umor)es
nociuos purgaret. z quato q(ui)s tenuior
tanto mi(nus) indiget repetiua p(ur)gatione q(uia)
quato carnosior tanto melius p(ote)st sustine(re)
re repetiua medicina q(uia) corp(us) multa est
h(um)iditas z(e)t(era) Seq(ui)t(ur) ca(pitulum) iij

(M)edicina q(uam)q(ue) pauca q(uam)doq(ue) multa est vn(de)
me(dici)na q(uam)q(ue) pauca q(uam)q(ue) multa est dada
leuis ul fortis pauca cu(m) m(ateri)a pauca z
leui soluit(ur) medicina n(on) forte sit minus co(m)
pacta z(e)t(era) s(ed) p(ri)us digeri z p(re)para(ri) p(ur)gari
q(uia) multa n(on) m(ateri)a multa indiget medicina z for
ti n(on) t(ame)n tota simul euacuanda est (s)z
p(ar)ticularia z paulatim z maxi(m)e si fit i(n)
remotis p(ar)tibus (N)a(m) s(ecundu)m mult(um) z(e)t(era) z(e)t(era)

(M)edicina dissolutiua alia d(icitu)r diurna alia
distempata diurna d(icitu)r sero ut sopnus
sequatur sero illis s(cilicet) i qu(o)r(um) p(ar)tib(us) remotis
ast(?) h(umor) continet(ur) que purgari m(a)g(is) indigent
ut i podagricis z(e)t(era) io ut mora si i sto(mach)o fa
ciendo ca(usa) calor calefiat z s(e)c(un)d(u)m ab
ea i(m)pulsa(tur) quousq(ue) ad remotas p(ar)tes pe
netret i q(ui)bus (con)ti(n)et(ur) m(ateri)a n(on) sopdormire
s(ed) q(uia) i sopnus nat(ura)lis calor auget(ur) z me(dici)na
adiuuat vn(de) ip(s)a melius purgat. (S)i danda
etia(m) est cu(m) vino ut v(ir)tute vini penetret
ad remotas p(ar)tes. (S)ed dissolutiua n(on) medicina
dat(ur) distempata cu(m) m(ateri)a que est i sto(mach)o ul
i p(ar)tibus ~~remotis~~ vicinis sto(mach)o. (S)ic abinte
senis ul abepate purgare debemus z q(uia)q(ue)
tu(m) fia de(bet) ut in sanis z fortib(us) z estate
q(uia)q(ue) cu(m) calida ut i egris z debilibus quia
vis me(dici)ne p(er) aqua resolute q(uia) i sto(mach)o et
intestinis reperit dimidit z expellit z(e)t(era)

(S)uperueniunt q(uam)q(ue) febris potionato diuersis
de causis sic co(n)tinua iaincto(r) (?) sp(eci)es
calefit z seq(ui)t(ur) essimia(?) a co(n)tinuo potu
ul nimia comestio(n)e ul gulosa aut
ex frigore aut co(n)tinua h(umor)es alteratione

De diu(er)sitate (com)plexionis

De q(uan)titate me(dici)ne

(con)tra(?) omnib(us) est dada me(dici)na

De sinthomatib(us) q(ue) fiunt p(ro)pt(er) potionat(ionem) venit

diu(er)sitate matie etatu(m)

ul attritione ad stomachum quam per debilitatem medicine ul paucitatem quantitatis nequit, remanserit ibi putrescunt et febrem faciunt. Si ergo febris essimera supervenerit statim ducatur ad balnea ut sudet, quod si balnea defficerint fiat ignis duplex et in medio ponatur eger nudus et virga de alterea et marciaton ante et retro.

Cum vero balneum opertet et unctus fuerit cooperiatur bene ut sudet et sic solvitur febris essimera quod si non solvatur significatur est vicio humorum resolutorum a medicina et sic stomacum et corpus debent ergo iterum purgari quod si remansit adhuc febris tercio prosequatur ul usque secundo videbat, tunc si post debilis fuerit inter medicinam et medicinam reficiatur et post levis purgatio detur.

Solent homines febricitantes multum sitire quibus damus aquam in qua coquatur gummi arabicum et dragagantum in statuam ul aquam frigidam in ore teneat et gargarizet et reiciat, ul aqua in qua sit expressum psillium et cetera. Dequitur.

De siti et potionatis

Supervenerit etiam sitis maxime in potionatis aliquando quam quidam nequit sustinere, hiis ergo damus aquam tepidam in qua coquatur gummi arab. et dragagantum, ul in qua mica panis bulliat. Sit etiam a sitis quam quidam signum bone purgationis existimat decepti auctoritate ypocratis dicentis quibus cumque purgantur non sitiunt non quiescunt priusquam sitiant. Non enim semper bona sequitur purgationem, sed in gracia digestis plectoricum habens corpus per quas qui sit ul superfluitates faciat ul tamen nichil est. Sed si intensos et siccos humores ad stomachum attractos et non expulsos agibus calidus et spiritus fumus resolutus ysophagum et spiritualia desiccando sitim generat. Hiis ergo prohibendus est vomitus, ul danda est medicina solutiva quousque sitis tollatur quod est signum bone purgationis in tali casu. Est autem sitis signum bone purgationis cum corpus plectoricum habens, dentes ul ingestes assellaverit et postea sitierit. Sitis enim illa ab omnibus membris est et sanitatis non a solo stomacho quod si ante purgationem faciat purgetur quousque cesset sitis et cetera.

De potionatis qui attendunt potionati bibuerint

Contingit enim frequenter quod sitientes nequientes aqua frigidam ul similem medico nesciente bibunt, et inde magnum sequitur periculum sicut inflatura et torsionem ventris.

Si autem hec evenerit vomitum provocamus cum bibitione aque calide et inmissione penne oleo intincte ul digitum in missum in ore ul bibat aquam tepidam cum oleo pauco et post potis in ore digitis ul penna vomat.

De hys qui nequeunt assellare. Nota sudor medicina.

Evenire solet ut potionati prohibentur assellare non possint per debilitatem medicine ul eius paucitatem ul per superfluitatem nimia frigiditate, sicut in illis in quibus quibus sudor est frigidibus et angustia sequitur maxima, ul nimia humoris resolutione medicina extinguitur ut in flatis in quibus cum flamma incipit virtualiter extinguitur medicina sicut terra carbones, ul sagimen. Nimia ergo grossi et humores resoluti sunt, et nequeunt expelli sequitur dolor intollerabilis, et torsio valida circa ventrem et intestina et inflatio nimia que est multotiens periculosa valde.

Cum autem hec evenerit ducatur patiente ad balnea, ul ignis magnum igne statuas et unguentis calidis ungamus pectine ventre et renes et calida tegula supponamus stomacho ul ventri ut calor naturalis confortetur et virtus medicine confortetur quod si sic non assellat utendum est clistere mollificativo ul humidificativo quod fit de camamilla malva polipodi agarico furfure, sale tritis coctis in aqua cola, et adde parum olei et cetera. Vel deceas medicina qua si potest fiat clistere in quo sint in ea superfluum quod cito facit dissinteriam, ul provocetur vomitus cum tepida et oleo, immissis digitis in ore quod si non senserit dolores et torsiones non est multum curandum tamen ne sua mora ledeat alicui membro, aqua calida multum potum dannum et cetera. Sequitur.

De medicina que non ducit

Solet etiam contingere quod medicina in potu data non tantum ducat quantum debet ducere, et hoc debilitate medicine, ul propter paucitatem tamen ad libera remedium ypocratis dicentis Si vis ducere alium move corpus, pone ergo eum in motu et deambulet per domum non tamen in petu ne virtus medicine per sudorem expellet et per forte motu consumatur. Cum autem sic non valeat et stomachus non sit indigitus, dentur ampliis de eadem medicina. Si fuerit indigestus dentur electuaria dulcia laxativa sicut opiata tartarum inperiale zucc. viol. stomatico et similia. Vel habeas iii obulos scamonee cocte, et cum iure pinguibus gal[l]ine detur, ul veter unguento laxativo.

De egestione nimia si minuit

Medicina aliquando excedit mensuram, unguentum lec. modum scilicet ducendo. Sepe et hoc vicio medici, ul vicio potionati, vicio medici si nimis dederit medicinam, vico

potonati ut si ex opposito frigori vel loco in quo assellatur sit oppositus vento. Contingit etiam ex habilitate humorum ad expulsionem nimis paratorum scilicet in pueris et repletis talibus humoribus. Ex tali ergo nimietate fluxus quem sequitur dissinteria, que maior est periculi, ne ergo sequatur dissinteria restringe cum aqua in qua coquatur gummi arabicum a mirgo vel pulvis tegule nove, vel dyaco idion vel syrupus mirtinus vel syrupus de rosis mirtis vel rosata cum decoctione gummi et ponatur etiam si nondum valet stuna aque calide plena prius tamen considerandum utrum sit tepida.

De dissinteria ex potione. Dissinteria sequitur quandoque potionatum que cognoscitur per sanguinolenta egestiona supervenire panus ordeaceus sit paratus. Panus in medium scindatur et mica seu crusta auferatur in optior pars cum forti aceto bulliat et tepida ut dictum est ponatur. Item detur syrupus gummi et decoctionis rosarum mirte galle balaustie lib. iiij cum addatur lib. ij de succo plantaginis cocto et despumato coquatur addita et addita zuccarum fiat syrupus et cum pulvere boli detur etc.

De debilitate potionati. Debilitas solet evenire potionato post v vel vj sellas, quod est signum bonorum humorum cum malis evacuari, et quorum evacuatio debilis efficitur statim, detur huic ad bibendum vinum in quo parata sit mica panis assi et predictis confectionibus constringe.

De tenasmone ex potione. Tenasmon est voluntas assellandi sine effectu, habet potionatus vel per medicine acuitatem vel per stulticiam assellantis egerere nimium conantis. Hec est cura sedat in apozimate quod fit de corticibus mali granati balaustie galle sumac rosarum corticis castanearum corticis ecclesie [illegible] cortice radicum sorbe et ceterorum. Accacia ypoquistidos an. quantum vis. Si materia terat et coquatur in aqua et in ista aqua sedeat et utatur de dyacodion cum rosis.

De appetitu destructo potionati. Appetitus deficit potionato que restaurantur succis mali granati acetosi vel mali citri cum pauco pipere et pro [illegible] potu vel cibum que suscipit conducat cum condito pipere gummi de succo mente ℥ ij piperis ℥ ij et succi aceti ℥ iij post detur syrupus rosarum et dyaroodon. Sepe in aceto preparatum et comestum fortiter provocat appetitum etc. Sequitur capitulum.

De vomitu. Vomitus potissime est in estate quia tunc colica et lenes humores solet habundare humores non cum proprietates sequitur. Datur etiam sanis ad iustificandum sanitatem et egris ad expulsionem egritudinis. Si ergo sub dandus decidit est post cibum ut supersluus humor ab eo mistea et provomitu facilius expellatur. Sed secundum Constantinum vomitus bonus est ante cibum, melior tamen post cibum. Sed non dandus equis dandum est an cibum in mane, cum stomachus fit a rigore precedentis noctis acribus corporibus liber est. Et ratio quia si sit debilis pars cibum prius duabus ovis sorbilibus, ut stomachus confortetur. Et materia notima expellatur facilius. Preparandus est vomitus, et temperandus si fuit colericus sero precedenti cibandus est cibis sorbilibus ut stomachus lubricus fiat sicut ovis sorbilibus, iure piscium, iure galline, et ceteris. Et si fuit flaticus vel melicus per duos dies vel tres humidi, et inde [illegible] pro bene de ebes utrum facile vomat. Si difficile videtur ergo prius syrupus acetosus cum calida aqua vel semine rapecis et radicis raphanis tere et tempera cum sufficienti aqua. Aqua superfundatur et cola per pannum et da colaturam et ita quod vomuit da facilem et forte vomitum. Nota quod non est dandus vomitus paticibus in spiritualibus vel asmaticis, vel strictum pectus habentibus et nimis angustiavit et tumefaciat in eis.

De spasmo ex nimia evacuatione medicine. Fit quandoque nimius Lesis suffocacio etc. vomitus vel acute medicine vel quantitate vel humorum humorum habilitate, cum ut stringatur ponatur pedes eius in aqua frigida vel cum vino misti vel salitis et spongias ista in domos. Et detur ei bibere decoctionem gummi sandalis [illegible] boli vel pulverem eorum cum decoctione predicta detur et pulverem mirtine vel detur pane assi cum vino vel aqua. Fiat etiam emplastrum cum sandalis [illegible] bolo mastice olibani gummi, etiam tempera cum succo mente et suppone stomacho. Vel infunde testiculos aceto vel spongia in aceto bullita stomacho suppone, detur confectio que scripta fuit in nimio fluxu ventris.

De eodem. Solet etiam contingere Lesis sputum etc. Sequitur quod ex nimio voluendi conamine vena rumpitur intus et vomit sanguinem et quod detur pulvis mirtine cum frigidis vel pulvis saliue vel pulvis mastici et alii lumingo [illegible] et dyacodio suppo natur stomacho emplastrum de sandalis [illegible] vel cum bolo gummi mastice te tempera cum aqua rosarum vel decoctione gummi etc.

De singultu. Singultus superveniunt sepe vomentibus et aliquibus humoribus ad stomachum attractis et non expulsis quod fit, si peius movit materia et sequitur singultus aliquando conamine quod fit per nimiam evacuationem. Si ergo fiat ex humoribus attractis ad stomachum iterum detur vomitus. Si debilis fuit pa. confortetur.

pus duobus omnibus sorbilibus. Si non fiat de
minima evacuatione salvam per pru[m]m sed per
plenitudinem sic inveniet ypo[cras] dicens indige-
tia repleto solvit. Libet ergo levem et subtili
cibo, detur nus maligranati syrupus viol. nus ceterarum
sarcis amidum nus galline, pinum album
sepatum. Et si non valeat detur drag castoreum
cum succo mente. Dantur etiam electuaria confor-
tantia sicut diamargariton cum musco diantos
rosata novella triasera magna vel solum
muscum piatum cum aqua rosata. Sequitur

De spasmo ex pelli

Si ad spasmum preveniat singultus pronunciato
mortale. Unde ypo[cras]. Spasmus ex pelli mor-
tale, pelli cum qualibet medicina acuta
intellexit. Faciamus tamen quod possimus. Stup
fariam fenugreci et psilli, et farina ordei vel
solum viol. vel quod quod sufficiat fac emplastrum
sic mea olei et vitelle coquatur. Viol. malue
rad. malue visci cola et additis farinis
fac emplastrum et pone sub utraque ascella et
inunge et sup spinam similiter usque ad lu-
bos et unguentur capiti lac azininum vel
ovinum, vel muliebre seu mulieris puellam
nutrientis. Lavetur caput sepe cum aqua in qua
cocta sit malua viol. vo. ordeum sicut
capitum pastea ungatur cum olo et medulla
portina, vel axungia portina, vel galli-
nacea vel anserina dissolutis et simul
mixtis ponatur etiam in balneo tepido in quo
po olii vel aque sufficiet, prius tamen co-
quatur in olo illo capita sppiis albi mista
malue viol. et alia silia. Sequitur

De secundo modo medendi per de humoribus dissolutis et quo de eam fiant constringi

Postquam de primo non sufficit tractavimus
restat ut ad secundum transeamus. Est igitur
sus medendi modus qui in constrictis vel
mortificatis membris consistit. Constrictio non
menia est, vel mortificatia que membra
dissoluta constringit, vel humores in aliqua parte
corporis dissolutos mortificat et consumunt
ut sunt opiate que constringunt et mortificare
videntur eo quod humores et membra dissoluta per
eas solent constringi et confortari, morbi quoque
et dolores corporis mortificari et sopiri. Si
cis aut quoque nimium dissolutos humores
constringimus, quoque membra dissoluta et debi-
litata confortamus, quoque superflua morbi
materia consumimus. Si enim humores in aliqua parte
corporis fuerint dissoluti quod sepe
cerebro pervenire catarru sit, dande sunt
medicine constrictive sicut aurea diaolib
et quod digeritur et sanguine mutatur
et ad membra veniens confortat membra
et constringit et reuma abeo prohibet. In

tali namque dissolutione nequaquam audeamus
dissolutiva dare, ne ex maiori dissolutione
maior sequatur reumatis materia, que de-
fluens ad membra pulmonis, vel ad pueris
membra ulceraret illud et corrumperet. Dantur
aut opiatis in humoribus constrictis dande sunt
competentes pulle, et alie competentes medicine
que humores prius dissolutos et iam constrictos
competenter educat, ne ibi remanentes vel
ad aliam partem currentes peccata putrefiant, et se
vel aliam egritudinem inferat. Siret autem
prius valla mena et paulatim ne repe-
tina fiat purgatio. Sequitur ca

De membris dissolutis debilitandis et quomodo sunt confortari

Membra dissolvuntur et debilitantur sepissime
sicut in totumus se et intempolatis febris
ergo iubemus dare opiatas que membra
egritudine nimis debilitata constringendo
confortet, que confortata acuminum morbi
melius resistat et causa morbi constricta
quod dissoluta repellere non poterat ipse con-
fortata repellit. Hys autem omnes opia-
tas dare propinamus sed temparatores debilibus

De eodem

Remanent multotiens humoris notum et
reliquie post febrium solutiones in corpore
que ad aliquod membrum declinante gravant
illud et apostema et alios morbos generat
vel etiam sunt causa recidivationis, unde quod reli-
quitur in morbis post crisim etc. Quamvis ergo
hys non audeamus pigrare cum quia debiles
cum quia pauca sunt et in eis materia
ne sequatur pietas dantur opiatas quod etiam
membra debilitata confortet et pauca materia
consumat et hec est maxime faciendum
in illis qui frigidis laboraverunt humoribus
Siquis enim laboret de humore inter cur
ne et corum contento. Quod quidam ignorat
ei dande sunt opiate. Que humores con-
sumat namque si pigeat magis ledunt

De quibus et quando dande sunt opiate

Opiate dande sunt cum vino calido
distemperate vel cum aqua calida seu vino
non febricitantibus cum aqua febricitantibus
non tamen omnibus sed tamen hys qui intempo-
lata laborant, non quolibet tempore sed in accessio-
nis calore capit, febrilis calor augeatur
cum tribus horis vel quattuor ante accessionem
ut materia que infert morbum difficile
et digeratur et consumatur a principio febrium
intempolatarum si materia sunt pauca et materia
fortis post tertia vel quarta accessionem
dande sunt opiate, fortiore et calidiores
virtutem habentes, sicut est aurea metridatum

nnisa et similia et hec ideo ut materia consumatur
Cum vero materia sit pauca, sive pauca, sive
remota, sive propinqua, non est tutum dare
dissolutiva nec per me paucitate bonorum
potius quam malorum humorum fiet resolucio,
quod si illa materia minima sit cruda detur prius
que digerat ut est yerapigra G sive
stomaticon, theodoricon, empiston etc. Digesta
vero materia et dispositione dentur opiate que desiccent
illa et consumunt. Videndum est tamen cum materia sit
pauca et calida sit ultimus, quia tunc dande
sunt opiate, eo quod minimum sunt calide. Sed
tamen refrigerativa dentur que calorem post re
primunt, ut sunt cibi frigidi, et electuaria
frigida ut trisandali, sandalicum, capsandal
etc. Si vero sit multa materia in febribus sit, ut
sunt diuturne, dantur opiatas, ut materia
calefacta levius digeratur, et digesta consumatur,
cuius dispositio alteret, propalatitas et multum
permanent opiate, materia et materia sicat et
eorum membra calefaciunt, et inmutatis refrigi
data confortant. Sunt et alie constrictive medicine
vel mortificative que non recipiunt intus
sed potius tamen apponitur eundem effectum quam
cum opiate consequntur. Ista et hiis rebus? propalatitas
mortificat, membra dissoluta confortant et
materiam consumunt superflua consumunt sicut
sunt sica et secca. Sed uncti a belius calidis dia
tamis et similia que capiti et alii membro cum
plasmata ipsum confortat et fluxum cum
sicum constringunt, sicut lacrimas si fuerit re
ponatur, vel si temporibus huiusmodi fluxue
Rectus apponit oreo de Lado? de sextibus? Sic
tercio modo medendi tracteris. Est au
tem tercius medendi modus quo perdita et
consumpta in corpore restaurantur. Hic genus
medendi respicit vel cimitetur (?) et recipit
eo quod maxime conveniat hiis qui reparari
indigent et nutriri, ut convalescentes et aliqui
capiti consumpti in iuvenis. Restauracio vero con
sistit in duobus, scilicet in elevacione et dicta, scilicet
consumpto in duobus recipit scilicet humorem et ubi
consumitur in humoribus ut in cancorum de co
sumitur membra ut in ethica et ptisis. Si vero
valeus humorem restaurare principaliter intendi
est elevaciis confortativis et restaurativis
ut est diapenidion, diamargariton,
diantos, diarodon, triasandal et similia.
Cibario vero cibis convenientibus et restaurativis
ut sunt pulli, caro capolli, pisces, saxatiles
ova sorbilia, ius galline et similia. Facienda
est humoris restauracio, etiam perdite, ut
si cola sit corrupta, et ea valeat restau
rare dabit levi (?) et quod digestum invitat

in colam, ut dyacalamentum et conditum dya
tirion piperion cum talia damus etc. Sequitur
De membris consumptis quomodo debent restaurari.
Membra consumpta si volumus reparare ute
dum est principaliter cibis sorbilibus
et facile digestibilibus, membris fortiter adhe
rentibus ut est farina ordei, seu decoctione pulli
vel galline carne cum lacte amigdalarum vel
piscarum codita, etiam caro pullorum perdicum
fasianorum, iura gallinarum, ova sorbilia
sicut recens sorte et similia. Potus sit vinum
album vel aliquantulum rubeum, temperatum cum pu
rissima aqua coquatur cum aqua pura ac pince
limigoris? et similia. Danda sunt electuaria
que naturaliter confortant calorem, et humiditatem in me
bris perditam restaurant, sicut est sirupus macc.
et dyarodon, et cetera. Si per sic calor sufficienda est aut
eis restauracio membrorum possibile. Sic si fecta
sit consumpto calorum humorum, observanda sunt
temperate talia, que et valorem calore proprie
tatis calorum debilitatum confortet, et scilicet
in membris perdita restauret. Si vero siccorum
maior consumpto facta sit, observanda sunt te
perate fria, consortans tamen ut non calor acci
dentalis sit increpus in corpore quod si fiat
danda sunt frigida que accidentalem reprimunt
calorem et calidum alterant dispositionem. Sicut fit
in hiis qui per calidiarum epar sicut calefa
ctum. Sunt aut frigida que offerunt
levia et facile digestibilia et cito in nutrimentum
corporis transeuntia. Si vero non sit perdita nul
ta caloris, tamen naturalis que debilis est tamen temperate
calidis prius confortet, danda sunt potius frigida
quam alia. Cum vero calor febrilis consumite
naturalem humiditatem debilitatus sit, non prius sit
confortet, necesse est ut ablacione frigorum magis
debilitatis sufficeret. Sunt tamen alia que dat
tam electuaria quam cibaria liquida ut propter
liquiditatem per membra levius fluentia
citius incorporatur et melius nutriant.
Nam ut ait ypocras. Facilius est replere potu
quam cibo per potum intellexit liquida
pro cibum, quam spissa et solida etc. Sequitur. Capitulum
De quarto modo medendi et primo de digestivis.
Cum vero quartus modus medendi ab
aliis inscripto non sit comeditus et quia
utilis est valde et necessarius tercium de eo.
Est igitur quartus modus medendi qui in di
gestivis et alterantibus consistit. Sed digestiva enim
vocamus que materiam morbi digerunt et
ad expulsionem facilem preparat et obedientem
Sic aut dupliciter, nam intus et extra.
Intus ut in febribus ad digerendum extra materias
extra, ut in apostematibus ad digerendum putrides

De tercio modo medendi et primo de restaurandis corporibus

De membris consumptis quomodo debent restaurari.

Si intus — i illis Et alys et alys modis Si enim volumus
digerere consuetudinem intus contenta damus diu
retica sicut est apium sposa que materiam per
partes diuidit, quibus i partibus liquefactionem oportet
tum ut ait sic ea appellat qua illa corpe
opari no potest, verumptamen ut si magnum
ut si magnum frustrum buliat carnis quod in
tegrum nequit decoqui asspicere toto in
partes diuidit, ut diuisum leuius cerculus decoquat
Si apertiva — coquat Si vero volumus digerere in apostematibus
vicatum ea supponendis, sicut fenugreco radice
altee et similibus. Omnis n. putrefacio ut dicit
G. potest fit secundum digestione. n. in apostematibus
nichil aliud est quam eius ad putrefactionem ducere
ut putrefacta appellatur. Ita si apostema imma
turum apiat cum dolore, maior fiet humorum
decessio et sic magis ledet quam iuuabit
egrotantes, dolor fit propter sensibilium primum
dimisione, et enim vero sequitur dolorem
pus quod ductum est in ad putredinem, putre
Digerere in ... — facta ipsa est appellenda. Iste digerere se
cundum materiam nichil aliud est quam ea per
partes dividere et liquefactioni aptam reddere, et ut
diuisa et liquefacta per poros leuius educantur
in quod facere non poterat nam dum erat integra
et compacta neque propter sui debilitatem euacuare
vel propter pororum puritatem, quod sic indigestam
medicinis euacuare presumeret potius egrotanti
ledet quam iuuabit Nam tenuibus bor
humores liquidi emittebuntur, grossi mali
et compacti per medicinas dissoluentur Ypo
ypo dixit qualia oportet purgare purgentur Ita prius
De diuersitate digestionis et diuersitate mere — quod digeratur in in dimissionibus, deinde vero
est expulsiuus et hoc autem ypo dixit di
Considerandum est [...] gesta medicinalis sicut
autem diuersitas materie, et diuersitas me
et vicinitas loci i digestione faciendo Nam
sicut in corpore quod est frigida quod talia, sic et digestiuorum
queda sunt frigida queda talia Iste loco
queda sunt remota a membris, que
sunt vicina, quod vicina, sint et diuretica
que sunt que citius penetrant ad remota
Si calida materia — quam alia Si ergo in fuit talia ut i tercia
na utendum est diureticis frigidis, ut est se
me citrulli melonum aut syrupo acetoso
Si frigida materia — oxizacaro et similibus Si vero fuit frigida ut
i cottidiana, danda sunt talia ut seme
apy maratri petro. aut et syrupus acetosus
qui quod datur propter suam leuitatem, et ta
libus quam frigidis, [...] datum est oximel
diureticum maxime i regione frigida

Semina vero sicut modo danda sunt terant
et coquatur in aqua, et aqua illa detur ad po
tandum si est delicatius dulcoratum Si
vero syrupi aut oximel dentur cum tali aqua
ipsa diluit Quod si materia fuit media sicut
est flegma salsum misceantur frigida cum calidis.
ut semen citrulli cum apio et cetera Si vero
magis pertinet ad calidum ut est colera citrina
plura sunt apponenda frigida et e converso
De loco in quo continetur materia peccans — Considerando loca in quo continetur in diuersitatis loci in quo continetur sic multiplex
est Nam aliquando in intestinis, aliquando in spiritua
libus continetur aliquando in capite, aliquando
i splene, aliquando in costis, aliquando in
pedibus et cetera Si ergo fuit in intestinis sicut
Si i intestis — est i stomacho vel intestinis vel i epate, detur
oximel diureticum. syrupus acetosus
cum tali aqua, vel cum aqua decoctionis
apy maratri petro. vel cucumeris seminis melonis
citrulli cucurbite, vel syrupus de acetosa cum
tali et hoc secundum exigentiam morbi Si vero
Si in spiritualibus — fuit i spiritualibus, non detur aliquod ace
tosum quia spiritualia ledit Sed detur
pessarium, i quo cocte sunt radices, vel
semina maratri apy petro. vel seminis melo
cucumeris et hoc secundum exigentiam morbi Nam
enim que provocat urinam purgat spiritualia
Si in capite — Quod si fuit i capitis essentia sive i capite
detur quod digerat, et in fumum re
soluat et diuidat in i cerebro Si
si catarrus sit i capite ut est coriza
digeratur cum suffumigio detur igitur calamentum
pulegium thus et coque i vino forti
albo et suscipiat per fumum ab olla
per os et per nares et diu habeat coopertum
Si in Splene — caput coopertorio ne exeat fumus Si
fuit in splene sicut i spleneticis detur
decoctio apy maratri petro. spice lingue
bouine, sparagi brusci lenis stici et similia
Si in costis — Si sit i costis ut est i pleureticis detur
ptysanam in quo coctum sit semen
citrulli melonis cucumeris cum lacte amigdalarum
Emplastrum — Exterius aut apponatur emplastrum quod sit
de seminibus predictis, de radice altee fenu
greci fenugreco farina ordei, cocte sic
terantur omnia et coque i aqua preter
farinam postea terantur cum farina et
aqua decoctionis, et fiat emplastrum
quod multum maturat Si sit i membris Si in membris

dent urina provocativa. Et sit in remotis
partibus membri sicut in pedibus, quod possunt
diuretica data, possunt quidem quia digerunt
per membra divisa, et eis incorporantur
et sic dividunt materiam quam inveniunt. Medicina
in stomacho sit corpus ebullitum resolvitur
sicut acetum, corpus proprietates retinens, quod
postea spiritui iunctum infert ipsum et sic ad
membra simul transeuntes deducunt materiam que
in eis est. Cum tamen materia que in partibus remotis
est nolunt digerere, utendum est fortioribus
et diureticis quamvis partes ille remote sunt
a natura talis. Unde est quod egritudines que sunt
in eis a defectu, aut nunquam curantur sicut
est in podagra etc. Sequitur capitulum

De signis digestionis in febribus

Digestionis quibus materia digeratur signis
signa ponam. In febribus vero hec sunt
signa. Si accessio citius et fortius affli-
gat quam solebat signum est digestionis,
hoc cum sit ex liquefactione materie et eius fortitudine.
Cum vero diuturna materia sit et compacta tarde
digeritur, et paroxismus de ea resolutus tunc et accessio
tardat et paroxismus affligit tamdiu cum de-
accessio quamdiu durat materia que digesta
est ante accessionem palacione. Item si materia fuerit
liquida, et multum de ea resolvatur, citius
consurgit natura ad expellendum materiam. Tunc et
accessio citius arripit quia quantum durat
materie expulsio, vel consumptio, durat et febrilis
accessio. Quod ignorat ydiote medici. Unde
est quod in quartanariis cum videt in hyeme
febrem innovari et paroxismus affligere putat
esse signum salutis, cum sit signum prolixitatis
egritudinis. Sed cum non sit nisi propter materie duritiam
et compacitatem. Item si color non mutatur a principio
et incipiat mutari signum digestionis est,
quod cum non mutatur fit propter materie duritiam, quod
ubi mutatur fit propter materie liquefactionem vel aeris
frigiditatem. Comparatur ergo ne decipiamur
aeris frigiditate. Item si urina a principio fuerit
tenuis et postea inspissetur, signum est
digestionis. Tenuitas autem a principio erat
propter materie compactionem, a qua non resolve-
batur, nunc urina inspissabatur quod autem postea
fit spissa liquefactione et digestione materie est causa
et plurimptio eius est urina. Item si urina
a principio fuerit spissa et postea subtilis
signum est digestionis. Sic cum fit purgatione
materie, vel ad alium locum translatione quod fit
per egrum. Nam si bene se habet, et non alienatur
purgatio est materie per urinam et non translatio.
Si non econverso et econverso, quod autem urina in principio

spissa videtur hoc habet fieri propter materie multitudinem.
Similiter et in aliis egritudinibus in quibus utimur di-
gestivis. Si in principio fuerit subtilis et postea cum
spissetur, signum est digestionis. Et ergo scire potius
curare a digestione non materie in apostemate hiis signis
comprehenditur, si locus incipiat albescere, et do-
lor minuitur, et si loci prius fuerit mollicies
prius albus et spiritu facilis ejectio ut in pleuresi.
Tunc hec videns, poteris securus aperire, si per se non
aperiatur in apostemationibus. Signa digestionis in catarro
hec sunt: spissitudo superfluitatis, albedo eius
et facilis emissio etc. Sequitur capitulum

De alterantibus medicinis

Non solum digestivis utendum est in egritudinibus
sed etiam frequenter alterantibus confortantibus
diminutivis que impetum egritudinis minuunt
et reprimunt, ut in ypleon. Dolor capitis ex calore,
trifera saracenica, sive triane. Alteran-
tium quedam sunt, que alterant et purgant, ut
trifera saracenica et similia, quedam alterant
et non purgant, ut tapanulis [illegible] vero et similia. Al-
teratio vero consistit in duobus, in qualitate et
materia. Alteratur enim qualitas, alteratur et materia.
Alterare qualitatem est eius actionem reprimere
ut si calor molestat, debet dari que ipsum
reprimat, si de frigore, sit de humido et sicco.
Alterare vero materiam est eius impetum mi-
nuere, ut si colera impetuose habundet, illa
debemus adhibere que eius impetum minuat
neque per fortia audemus purgare, cum materia
non dum sit digesta, neque eius tamen impetum
talis sustinere possit. Audemus ergo que coleram
temperat et egrum alleviat, ut tamen possit
fieri digestio materie et postea erit salubris purga-
tio. Consistit autem alteratio quandoque in interioribus,
quandoque in exterioribus, in interioribus quandoque qualitatis
ut dictum est, quandoque et materie. Si ergo alteretur
qualitas principaliter sic est alteranda hiis
que sic alterant quod non purgant, ut est
triasandali et similia. Si non materia altera-
tur principue alterantibus que sic alterant quod
purgant, ut est trifera saracenica pro pillulis
lotum in aqua frigida et similia. Similiter in exterioribus
quandoque fit alteratio qualitatis ut dolor capitis
propter ypleon, quandoque materie ut in apostematibus [illegible]
non que alterant materiam apostematum, quedam al-
terant tamen ut solatrum et porrina et similia. Quedam
alterant et mollificant ut malva, vitella
ovi cum oleo vel et viola. Si materia fuerit minus
impetuosa ut colera ...dis et angustiet

egiu, maxime ut digitorum in pauguistia non
possit opportune utendum est tunc prius
ulceratibus, et repercussivis. Accipe ergo folia et
proxima conterere et suppone, vel folia lilii, vel
folia sambuci terre et suppone mirabiliter
mitigat et reprimunt impetum colere et sanguinis
Ista ergo mitigative melius digitorum cognita
apponere possumus sicut malva, tribolo, rosa
vel viola. Unde est etiam quod G. precipit in
passionario supponere super podagram ut membra
reddatur insensibile et sic pausset in sanguis
sicut etiam albumen, tamen cibis quam potibus quam
medicinis convenientibus etc. Sequitur

De modo conficiendi et primo de electuariis et speciebus

Exsequuto modo medendi, agendum est de
modo conficiendi, dicendum quo debeant
confici medicine, et quibus unaquaque medicina
proprie valeat egritudinibus. Cum ergo volueris
conficere medicinam prius considera species si bone
sint, non nimia temporis vetustate corrupte.
Similiter herbas, vel capitum radices considera
et semina, scilicet ut sint congruis temporibus collecta
convenientibus locis reposita, et cognitione siccata,
non ad fumum sed ... ad solem vel in
umbra secundum quod exigit. Terantur autem
unaqueque species per se auctoritate constantini.
Nam cum simul teruntur, quedam citius pulverizantur
plus de una quam de altera, ubi simul repulverizatur
cum de alia, et sic iterum medicine minorantur.
Postquam autem trite et pulverizate fuerint
species, post ponderentur secundum quod exigit medicina
et deinde addito melle vel syrupo conficiatur.
In conficiendo sit etiam consideranda puritas
mellis, syrupi decocto et corpus que sufficit
vel recipit, puritas mellis duo continet
scilicet ne sit aquosum, neque nimis cortinum
et bene despumatum. Syrupi decoctio bona
cum ad aque consumptionem vel decoctionem venerit
quod scitur cum gutta adheret cutie, vel posita
super unguem non spergitur, quod sufficit ut species
possit conservare, et virtutem per membra
deducere. Sit ergo mensura mellis in medicinis
talis, si sint libre pulveris apponantur iii
libre mellis, similiter sit syrupus sive electuarium vel

De medicinis laxativis et non laxativis

Mel ponitur in medicinis tamen ad aliquid sit
de causis, prima est ut conservet species
a putrefactione, quia valde conservativum est.
Alia ut educat species per membra, quia valde
colativum et mundificativum est. Tertia ut sua
dulcedine amaritudinem specierum temperet.
In medicina species duo sunt consideranda, scilicet
aliter debet species laxativas, et aliter non
[laxa]tiue, quia aliquantulum grosse debet teri laxa-
tive, ut in stomacho moram faciendo a remotis
partibus humores attrahat et solvat, et nec villis
et rugis stomachi inherentes pereant, subtilis
dissenteria generetur sicut est scamonea,
euforbium etc. Non laxative vero subtilissime
terantur, ut facile incorporentur, et cito quod suum
est perficiat, et hec maxime de speciebus confectionum
viis constrictivis et restaurativis etc. Sequitur

De confectionibus syruporum et de compositione

Syruporum confectio varia est. Nam aliquis
sit simplex, aliquis compositus. Simplex
est qui fit de sola zuccara cum aqua. Compositus
qui fit de speciebus multis et aliis. Compositus
aut multiplex est. Nam aliquando fit de speciebus,
aliquando de radicibus, aliquando de herbis, aliquando
de seminibus, aliquando de floribus, aliquando de
[semi]nibus, aliquando de fructibus. Item syrupus aliquis
fit clarus, alius non clarus, sed clarus
debilior est non claro. Sed clarus non fit
nisi de specierum absentia quod fit per alterum modorum
appositionem cum pulveribus specierum adheret.
Fit autem clarus vel ad delectandum, vel ad
videndum, vel vendendum. Item syrupus alius
fit de zuccara, alius de melle. Si ergo fiat
syrupus de zuccara simplex, ponatur zuccara in
aqua et bulliat ad ignem lentum quousque
gutta adhereat cutie, vel super unguem
posita non dispergatur, et hoc est signum de-
coctionis in omni syrupo. Si non fit de speciebus
compositus terantur species subtiliter et ponatur
